



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manipvlvs Spicarvm Ex Libris Domesticis Societatis Iesv**

**Lamparter, Heinrich**

**Monachii, 1653**

Ad Socivm Peregre Commorantem Collector.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51816](#)

AD SOCIVM  
PEREGRE COM-  
MORANTEM COL-  
LECTOR.

**N**ter discessus tui  
tam longi mole-  
stias, non ultima,  
ni fallor, est ea,  
quà non tantum  
incundissima Sociorum vnà de-  
gentium consuetudine, & pul-  
cherrimorum exemplorum fru-  
etu perenni; sed etiam libro-  
rum, admirabili copiâ cœlestis  
Doctrina refertorum, usu ca-  
rendum est. Eo: um, inquam,  
librorum, quibus diuina sensa  
maiorum nostrorum expressa,

A 2      nos

AD LECTOREM.

nos ad omnem perfectionem virtutum, in Apostolicum hoc vitæ genus conuenientium, non sapienter magis, & accurate, quam solide, ac suauiter instruunt, &, si etiam reluctari velimus, brevibus & securis viis perducunt. Est verò is numerus illorum, ut in itinere facile circumferri non possint. Igitur visum est imitari Discipulos, qui cùm Dominus quondam transiret per sata, esurientes vellebant spicas, & manducabant, manibus confricantes. Placuit ergo in gratiam tuam transeundo per caelestia, letaque sata librorum illorum, velut agri pleni, cui benedixit

Do-

AD LECTOREM.

Dominus, vellere spicas : qua-  
rum tibi Manipulum offero, ut  
habeas quotidie, quod manibus  
anima conficcare possis, & astu-  
antem iustitiae famem sedare.  
Bonī consule, meique non obli-  
uiscere inter Ignatiana, & Xa-  
ueriana desideria rugientium  
præcordiorum, & anagogicas  
aspirationes ad interiora vela-  
minis : quas in hoc Manipulo  
caelestium fulgorum, & affectuo-  
sarum impressionum charakte-  
re, passim descriptas inuenies, &  
senties in te suscitari.

Tuus in Christo seruus

H. L.